

DVBIA
REGVLARIA,
SIVĒ

ACCVRATA BREVISQVE DIS-
cussio difficultatum circa Religiosam perso-
nam atque familiam; ac etiam circa Sa-
cerdotem regularem, Confessiones
secularium exōipientem.

AUTHORE F. LAVRENT. DE
*Portel Ordinis Minorum de Observantia, Provin-
cia Algarbiorum in Portugallia: eiusdem Pro-
vincia quondam Provinciali Ministro;
ac Lectore Theologo.*

Opus antehac gemina Additionum in calce loca-
tatum accessione, lectori incommodum: Nunc
omnibus Additionibus in suam sedem
repositis, propè novum.




LVGDVNI.




Sumptibus IOANNIS AMATI CANDY.

M. DC. XXXIV.



PRÆFATIO AD LECTOREM

REM puto notissimam apud omnes, quantum his ultimis seculis Franciscani Doctores laborauerint in Regularium priuilegiis colligendis, & explicandis. Primus huic operi incubuit doctissimus Fr. Alfonsus de Carubias, qui varia priuilegia antiquorum Pontificum sparsim, & in confusa congerie seposita multo labore collegit, ordine alphabetico disponens; propria etiam scholia inserens aliquibus locis; quod opus per Antonomaziam Mendicantium compedium dici promeruit. Secundus fuit sapientissimus Corduba Minorita, qui difficiliora loca eiusdem compendij eruditissimis commentariis illustrauit. Tertius, Fr. Hieronymus à Sorbo Capucinus, qui



D V B I A

REGVLARIVM
VTRIVSQVE
FORI.

ABBAS, PRIOR, GVARDIANVS,
& similes Superiores Conuentuales.

*Vide infra ver. Benedicere; ver. Dispensare;
& ver. Prælati.*



I Omnes possunt sibi subditos excommunicare, *capacium in Ecclesiis. extra, de maioritat. & obedientia. Sor. in 4. dist. 22. quest. 2. artic. 1. & est communis, etiam si sit Rector Collegij. Henricus 2. tom. 2. lib. 13.*

cap. 24. Habent enim iurisdictionem fori externi & conuocant ad Capitulum. Minorita Guardianus in tribus casibus prohibetur excommunicare, videat sua statuta generalia verbo Excommunicatio.

2 Abbas Benedictinus confert ordines Minores suis subditis. *c. quoniam. dist. 19. Et Iulius II. Bulla 25. Neque hoc reuocatur in Conc. Trident. sess. 2. cap. 10. pro suis subditis, sed pro aliis.*

Vide infra ver. Tridentinum Concil. titulo, sess. 23.

3 Abbates Cistercienses possunt consecrare altare cum